

canzellarium et nostri comunis et nostrorum comunis et Mussi sigillorum munimine roborari.

Anno current. MCCCXXVIII, indictione XI, die XV. Marcii, imperii dicti domini imperatoris nostri anno primo. In^a palacio comunis Papie^b in consilio generali mille credendariorum comunis Papie^b ibidem collecto et congregato ad sonum campane et voces preconum comunis Papie more solito de mandato dicti domini potestatis sive domini Stefani de Porcellis eiusdem domini potestatis iudicis et vicarii, presentibus testibus dominis Henrico Georg., Bellono de Curte, Iohanne Advocato, Ardizono de Petra et pluribus aliis^a.

(S. N.) Ego Lantelmus Muricula imperiali auctoritate notarius cancellarius comunis Papie^b predictorum voluntate et mandato predicta scripsi et^c meo signo consueto signavi^c.

Die Siegel wohlerhalten an doppelfarbigen Hanffäden. 1. [S.] Heinrici de Grunnenstein militis, von rothem Wachs an hellen und braunen Fäden; 2 und 3 von rothem Wachs an grünen und braunen Fäden. Vor der Stempelung ist weiches Papier auf das Wachs gelegt und das Siegel darauf abgedrückt worden.

LIII. Die Stadt Lodi wie in n. LL. 1328 März 16.

Or. Hausarchiv n. 186.

Nos Iacobus Milles et Sozo de Vistarino generales domini, Manfredinus de Sturionibus et Folchinus de Schiis iudices et rectores, consilium et comune civitatis Laude | presenti pagina profiteamur et ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nos promisimus et promittimus serenissimo principi domino Lodoico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto et magistro Henrico Hausnamo^d eiusdem domini imperatoris notario pro ipso domino imperatore ac ipsius nomine, quod si dominus Galeaz Vicecomes per ipsum dominum imperatorem vel eius nomine fuerit a carceribus liberatus, ordinamentis tractatum habitorem pro liberatione premissa^e contraverit et fidem non servaverit domino imperatori predicto, nullum eidem domino Galeaz aut fratribus suis vel filio contra dictum dominum imperatorem vel civitatem Mediolani conferemus auxilium nec consilium nec favorem, sed dictum dominum nostrum imperatorem adiuvabimus contra illos et

a) Das Folgende bis 'aliis' mit hellerer Tinte, vermuthlich nachgetragen. b) pp. c) 'et — signavi' mit dunklerer Tinte und anderem Ductus. d) So Or. e) Folgt 'et' Or.